Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mea. qd' est anima tua. que tunc uere implebit. quando pfecto timore & amore meo possidebit. Quod aut sola sit humilitas. cui mirifica magnę huius de qua ia dictu est cenę pparet suauitas. manifestat dns in fine euglii cum dicit.
Dico autem uobis. qd nemo uirorum illorum q uocati sunt gustabit cenam meam. desi dicat. Dico uobis ego q ueritas sum. ego q fallere nec fallere possum. qd illi qui sibi uiri uidentur: qui de sua uirtute gloriosi. fortes sc & pfectos arbitrantur. licet uocati sint. quoniam cunq; in spiritu uita laborauerint. nunq tamen puenire possunt ad suauissimum gustum interne illius dulcedinis. quam pmo in me pparare & seruare esu cum humilibus meis.
Cenę istius gustatio. est dulcedo orationis. meditatio; contemplatio.
Ad istum modi gustus fragrantia omnino desideranda & adeo postulanda. docet nos spes ses in oratione hodierna qua dicimus.
Sanctificetur tu dine timore pariter & amore fac nos habere perpetui. qa nunq tua gubernatione destituis. qs in soliditate tue dilectionis instituis. Quid est soliditas dilectionis. nisi gustus contemplationis. p quem uere homo solidatur in uoluntate dilectionis dei. Quoscumq; dns in hac soliditate dilectionis suę instituit. hoc est quibus frequenter gustum huius cenę pbuerit. illos nunq sua gubernatione destituit. Gubernatio dei. est benignum consilium dei. qs fidelibus suis insensibiliter tribuit. sicut auditum in euglio ubi dicit. Exi cito in platas & uicos ciuitatis. & pauperes ac debiles. cecos & claudos introduc huc. Nam hi tales si in aliquo interdum exceduntur. max gubernante deo ad solitum orationis portum confugiunt. atq; pducti gustus fragrantia. ad humile & pfecta peccatorum suorum cognitionem & penitentiam redeunt. qd uere est gubernatio dei. Quoscumq; autem in hac qua auditum soliditate dilectionis suę non instituit. illos sua gubernatione sepe destituit. Gubernantem enim